

*LVCIFERI EPISCOPI
ALARITANI AD CON-
STANTIVM, CONSTANTI-
ni Magni F. Imp. Aug.
Opuscula.*



PARISIIS, M. D. LXVIII.

*Apud Michaelem Sonnium, sub scute
Basiliensi, via Jacobæa.*

CVM PRIVILEGIQ REGIS.

PIO QVINTO SANCTISS.
Max. Pontifici, Ioannes Tilius
Episcopus Melden.
S. P. D.



V N Q V A M ego anderem, Beatiß.
pater te literis conuenire, nisi granissi-
morum sanctissimorumque in Ecclesia
veterum exemplo commonitus, qui
semper ad Apostolicam vestram se-
dem, siue consilio egerent, siue aliis maximis negotiis vr-
gerentur, refugium habuerunt. Non enim potest tua san-
ctitas ignorare calamitates, in quibus hodierna die in
Gallia versamur: ac in tali aduersitate non possemus
nos melius in Deo consolari, quam erga tuam pruden-
tem paternitatem, et dum pro modulo nostrarum vi-
rium has infestissimas et fætidissimas brumas et nebu-
las conamur depellere. Fateor, Beatiß. Pater, nostri ordi-
nis contemptum et designationem nostra culpa ita mi-
seram, ut nihil fermè amplius autoritatis habeamus,
et profecto eam non metemur. Quapropter ad primos
nostros Patres Christi Domini nostri temporibus propin-
quiores configio, eorumque scripta enoluo et perqui-
ro, ut ostendam quomodo in doctrina illius tractanda
se exercuerunt, quam quidem ab ipso eiusque Apostolis
temporum progressu didicerunt, quo ve pacto et seip-
sos et Christi partes aduersus inimicorum insultus fo-
uerunt. Inter quos clarissimum mihi sydus Lucifer hic,
solis lumen referiens, affulsit, qui pessimam istam et o-
mnium post homines natos maximam Arij heresim,
Antichristi matrem, in apertum profert et elucidat.

*IN HOC VOLVM I-
ne hæc habentur.*

- Luciferi Episcopi ad Constantium Imp.
pro Athanasio Lib. II.
De Regibus Apostaticis Lib. I.
De non conueniendo cū hæreticis Lib. I.
De non parcendo in Deum delinquen-
tibus Lib. I.
De eo quod moriendum sit pro Dei filio
Lib. I.
Item Epistolæ Florentij ad Luciferum, &
Luciferi ad Florentium, & Athanasij ad
Luciferum, & Liberij ad Constantium
Imper. & Athanasij ad seruos Dei, nu-
mero. V.



SANCTI LUCIFERI
EPISCOPI AD CONSTAN-
TIVM IMPERATOREM PRO
sancto Athanasio, Lib. I.

OGIS nos, Constanti, absentem dā-
nare consacerdotem nostrum religio-
sum Athanasiū, sed diuina id facere
prohibemur lege. impellis auctorita-
te latius regali. Domini sacerdotes ad
effundendum cruorem, ignorans iura iustitiae tradi-
ta nobis diuinitus, te conatum ex nostris auferre men-
tibus. an diuinitus poteris afferere permisum, absen-
tem, inauditum, & quod est maximum, innocentem
damnari? Quomodo etenim arbitraris diuinitus per-
missum, puniri inauditos, quando videoas Adam &
Euan principes nostri generis, auditos sententia per-
cussos Dei? Et vocauit Deus Adam, & dixit ei, Adam,
» ubi es? Et dixit, Vocem tuam audiui Domine in para-
» diso. & timui, quoniam nudus sum, & abscondi
» me. Et dixit illi Deus, Quis tibi indicauit, quia nudus
» es, nisi de ligno de quo præceperam tibi, de hoc solo
» ne manducares, ex eo manducasti? Et dixit Adam,
» Mulier quam dedisti, ipsa mihi dedit de ligno, &
» manducaui. Et dixit Deus mulieri, Quid hoc fecisti?
» & dixit mulier, serpens persuasit mihi, & manduca-